

ad eos nos pulchros oculos pingere, ut ne oculi quidē esse videantur, ac neq; cetera membra: sed considerā si singulis decorem suum attribuentes, totū pulchrum reddamus. Sic neq; nunc nos cogas, ea custodes felicitate afficere, que illos quidvis potius quam custodes efficiat. Possimus enim & agricolas hortari, ut subtilibus vestibus induti, auroq; ornati, animi tantū gratia colerent terrā: & figulos, ut a dextra discumbentes, atq; ad focum bibentes & conuiuium celebrantes, missa rota quantum animo lubeat figulinā exercerēt. & alios omnes hoc modo beatos efficiere, quō vniuersā ciuitas felix esset. Sed ne nos ita moneas. Porro tibi parebitis, neq; agricola, agricola erit, neq; figulus, figulus, neq; vllus alius formā habebit eorum ex quibus fit ciuitas. Sed aliorū quidem ratio leuior. Sutores enim facti deteriores deprauariq; & simulantes id esse quod non sunt, ciuitatis nihil inferunt graue. Custodes autem legum & ciuitatis si nō sint, sed appareant, vidēne ut omnem ciuitatem simul perdant, quum eam bene constituendi, beatamq; reddendi soli opportunitatem habeant: Quamobrem si veros ciuitatis custodes querimus, minimē eos eligere debemus, qui nocent ciuitati. Qui verō illud dicit, & agricolas non tāquam in ciuitate, sed tāquam in secula quadam celebritate discumbentes felices facit, aliquid certe aliud quam ciuitatem dicit. Videndum igitur vtrum ad hoc respicientes custodes constituamus, ut quam maximē felicitate abundent: an potius totius ciuitatis rationem habeamus, ut tota sit felix: auxiliarios autem istos atque custodes cogere & persuadere deceat illa facere, ex quibus optimus sit sui quisq; operis artifex, ceterosq; omnes similiter. Atque ita vniuersā aucta ciuitate, rectēque instituta, finendum ut singulis quatenus cuiusque natura capax est, beatitudinis sint participes. Probē, inquit ille, mihi loqui videris. An & quod huc est proximum, inquam ego, videbor tibi rectē dicere? Quid maxime? Contemplare num ista ceteros quoque artifices ita corumpant, ut prauū sint. Quenam ista? Opulentiam videlicet & paupertas. Qua ratione? Ita figulus diues factus videtur tibi etiam tum curam suae artis habere: Minimē. Pigrior certe negligentiorque reddetur. Valdē. Quare & deterior sit figulus. Et istud. Rursus autem si propter inopiam instrumentis & reliquis quibus indiget ars, careat, & opera ipsa deteriora faciet, & filios ac ceteros quoscūque docebit, deteriores artifices reddet. Quidni? Ex veritate igitur tam opulentia quam paupertate, & deteriora artium opera, & deteriores artifices ipsi fiunt. Sic apparet. Alia ergo quadam inuenimus nostris custodibus obseruanda, ne ipsi inscius in ciuitatem irrepant. Quenam ista? Opulentiam, inquam, & inopiam. Illa si quidem delicias, desideria, rerum nouarum studium parit. Hæc autem cum rerum inuolutione illiberalitatem, & maleficia agnoscit. Sic est profusus. Verum tamen, o Socrates, animaduerte quæso, quo pacto nostra hæc ciuitas cum pecuniis careat, bellum gerere poterit. Præsertim si quando aduersus amplam opulentiamq; ciuitatem arma capere cogatur. Gōstat, inquam, quōd aduersus vnam difficile, sed aduersus duas tales, certē facilius. Quomodo inquit istud ais? Principio si committetur pugna est, nōne hi bellicis rebus exercitati, aduersus diuites pugnant: Fateor equidem istud. Quid verō Adimante? Vnus pugil optimē ad hoc instructus, nōne contra duos non pugiles, di-

vites insuper ac pingues, videtur tibi facile pugnatorum? Haud fortasse simul. An forte neque etiam si licuerit subterfugiendo cuius qui primus inuadit istud euitare, deinde subita conuersione eum cedere? Quin si sapius in sole & aestu id egerit, plures huiusmodi homines vie talis subiger. Nempe nihil mirum. An non putas diuites pugilum artis plus vsu & notitia cōsequutos esse, quam bellicæ? Equidem. Facile itaque athletæ nostri, ut consentaneum est, cum duplis triplicisque ipsorum certabunt. Id quoque admittam. Nam probē loqui videris. Quid si missa in ciuitatem aliam legatione, vera dixerint: quod nos quidem auro & argento non vitmur, neque nobis fas est itidēhi vt vobis. Quare vos qui nobiscum belli societatem contraxistis, quare alij possident, habetote: cenēs maxime his auditis, contra canes duos & graciles pugnare malle potius, quam vna cum canibus huiusmodi contra pingues oues ac molles? Haudquaquam mihi videtur. Verum si in ciuitate vna ceterorum pecuniæ conuulerit, caue ne minus pecuniolose periculum inferat. Beatus es, quando quidem putas decens esse aliam quandam appellare ciuitatem, quam talem, & qualem ipsi constitimus. Quid prohibet? Ampliorem appellationem exigunt alia. Nam quæque illarum, ciuitates multæ sunt, non ciuitas, ut dici ab his qui iocantur solet. Dux nāque saltem futurus sunt, ex quibus inter se distētes. Vna quidem pauperum, diuitum altera. Rursusq; in vtraque illarum permulta: quibus, si vt vni intendas, penitus aberrabis: sin vt multis, tribuens ea quæ aliorum sunt, alii, tam pecunias quam potentias, aut & ipsos præterea, focis auxiliatoribusq; semper multis vteris, hostibus autem paucis. Et quatenus ciuitas ite vt nuper ordinata est, temperans existet, maxima erit. neque id quidem opinione, sed reuera maxima, etiam si mille duntaxat propugnatoribus consistet. Ita enim magnam ciuitatem vnam haud facile vel inter Græcos, vel inter Barbaros reperies: quæ tamen huiusmodi ciuitate multo maiores videantur, multas inuenies. An aliter sentis? Non aliter per Iouem. An nō hic igitur pulcherrimus erit nostris principibus augendæ ciuitatis terminus, cui cum tanta fuerit, tantam regionem tribuere decet, reliquam autem dimittere? Quisnam terminus? Arbitror equidē, quousque ad aucta ciuitas vna permaneat, eo vsque augendā esse, non vltra. Præclarē. Hoc præterea præceptum custodibus seruandum mandabimus, ut omni ratione prouideant, ut nec parua ciuitas, nec magna videatur esse, sed vna atque sufficiens. Atqui leue quid forsitan illis præcipiemus. Et istud leuius præterea, cuius in superioribus mentionem fecimus, cum diceremus oportere siue quis vilis filius è custodibus nasceretur, ad alios mittere: siue ex aliis probus, ad custodes ipsos. In quo planē ostendere volebamus, quōd & aliorum ciuium vnumquemque ad vnum id opus dūtaxat ad quod natura est aptus, ducere decet, vt suæ quicquid nature studium sequēs, non multi, sed vnus existat, atque ita ciuitas tota vna fiat, non multa. Est hoc inquit, etiam illo minus. Haudquaquam, o bone vir Adimante, hæc multa ac magna, vt existimaret aliquis, illis præcipimus, sed leuia omnia exiguaque, si vnum, ut dici solet, magnum seruiant, imo vero pro magno, sufficiens. Quid istud? Educationē, inquam, & eruditionem. Nam si bene educati viri moderati euaserint, faciliē omnia ista discernent, tum alia quotcūq; nos in præsentia prætermittimus, tum mu-

Notat. rih. Pol. lib. 2. c. 1.

lierum virorumq; coniunctiones, & procreationes filiorum quod videlicet oporteat amicorū omnia hæc secūm profectū, quam maxime esse cōmunia. Rectissime profero ita fieri: Etenim respubli- ea si semel ceperit bene, progreditur tanquam circulus temper augescens. Quippe educatio eruditioque bona seruata, ingenia quoq; bona efficit. Rursusq; bona ingenia educationē huiusmodi cōsecuta, meliora etiam quam prius euadunt, tum ad alia: tum ad filios generandos, quemadmodū in ceteris animalibus. Consentaneū id quidē. Deniq; vt simmatim dicā, hoc diligenter est a ciuitatis tutoribus obseruandum, ne clam illis corumpatur. Imō istud in primis curent, nequid præter ordinem à nobis datum circa gymnasticam & musicam inuouent, sed illum quam maxime fieri potest quisque sequatur. Et cum dixerit aliquis poeticum illud. Homines videlicet nos cantibus ad nodū delectari, tuere debent illi cultores, ne sepe numero poetam quis putet non cantilenas nouas, sed modos canēdi nouos dicere, eosq; laudet. Oportet autem neq; laudare quicquam tale, neq; suscipere. Cauendum sanē speciebus nouā inducere, tāquam in toto naufragio. Nulq; enim musicæ modi mutantur, absq; maximarū legū ciuiliū mutatione, vt ait Damon, cui & ipse assentior. Mē quoq; seiro o Socrates, assentiri. Arcē igitur quādam vt videtur, custodie gratia, hic ipsi custodibus circa musicam struere oportet. Nempe eiusmodi peccati clam ac faciliē morre. Certe iocis eiusdem inlita: atque vt nihil laudare videatur. Nihil enim, inquit, aliud facit, quam quōd familiaris effecta, seruū in mores serpit & istud: ex his deinde ad commercia emerge amplius: demum à commerciis in leges respublicæque eripit magna, o Socrates, cum petulantia atq; lasciuia, quousque tandē priuati ac publice cūctā peruerat. Sic se res habet, inquit ego. Sanē, inquit, vt mihi quidē videtur. Ergo vt a principio diximus, statim à primis annis pueri honestis in iocis assuefaciendi sunt. Nam si iocis minus decentibus assuecāt, nunquam legitimi probiq; viri euadere poterūt. Quidni? Quādo itaq; bene incipientes pueri iocari ac ludere legitimi per musicā morē imbunt, in cōtrariis his omnino ac superioribus musica tendit, atq; augetur exigens, si quid antea in ciuitate iacebat. Vera loqueris. Quæ igitur exigua videntur esse, legitima competunt inquam: quæ omnia priores illi perdididerunt. Qualia? Hæc videlicet. Quemadmodum tacere debent coram parentibus iuniores, cedere illis locum atq; assurgere, senibus colere: quis tonsuræ modus seruandus cuique, quibus vestibus calcæisue vtendum, & omnino quis corporis ornatus conueniat, ac cetera generis eiusdem. An non putas? Equidem. Atqui legibus hæc præscribere, inceptum esse arbitror. Nam neq; id vsquam sit neque consistant hæc verbi litericę mandata. Quidni? Apparet itaq; Adimante, quale cuiusq; fuerit pueri educationis initium, talia fore etiā quæ sequuntur. An non simile semper simile promocat? Cur non? At tandem, opinor, dicendum id est in vnum aliquod summum & validum, siue bonū, seu malū euadere. Quid prohibet? Hæc equidem ratione nūquam statuerit legibus hæc contendere. Et merito quidem. Dic per deos, inquam, an negotia ipsa forensia mutūque commercia & pacta in mechanicis artibus, item conuita & verbera, dicatū fortitiones, constitutiones iudicū, & si qua vel circa forum, vel portus,

tum imponenda aut exigenda sunt vestigia, vel omnino forensia queque iura, vel vrbana, vel portuū & reliqua id genus, an hæc, inquam, vel horū quicquam legibus cōstituerē aggrederemur? Haudquaquam decet viris bonis præclarisq; precipere. Horū enim plurima qualia & quomodo statuenda sint, facile ipsi reperent. Nimirō, o amice, si deus illis legū illarū quib; supra posuimus, salutē præstiterit. Sin minus inquisita vitam trāsigerent, vt multa eiusmodi legibus statuant, corrigantq; semper & inuouēt, putantes ita se quōd est opimū assecuturos. Dicis nempe illos perinde victuros, ac illos quō cum ægrotent, propter intemperantē in salubre victū mutare nolunt. Sic profusus. Enimvero inquam ego, lepide isti vitam degunt, curantioribusque suis nihil aliud assecuturos, quam quōd magis varios, magisque vchemētes morbos esse cūnt, & confidantq; semper, si quis pharmacis vti consulerit, bene se valituros. Omnino tales sunt ita laborantes in morbi. Quid verō? nōne hoc in illis gratiosum? quōd omnium inimicissimū eum putent, qui verā monet, dicitq; non prius pharmacia, vtiones, in cōsuetudines, intantatib; caue quæ extrinsecus ad mouent, aut eiusmodi aliqua profutura? quā delectat quis ebrietati, voragii, venēri, otio indulgere? Haud admōdum gratiosum illud. Nam indignari aduersus eum qui vicia consulti gratia habet nullā. Ergo viros huiusmodi, vt videris, nequaquam probas. Minimē per Iouem. Neque etiā si ciuitas tota id agat, quōd modo dicebam, laudabis. An nō idem quod isti facere tibi ciuitates videntur, quæ cūque male inlittere cūnt interdicunt nec totum ipsum respublicæ statum mouent, alioquin capite damnetur quicunq; resinouant? Contra quicquid ita Remp. adiuuantes colat, iure gratiū ferat, & obrepit, coramque voluntari assentent, & morem gerat, hic demum bonus vir erit, hic in rebus maximis sapiens, hic honore ab illis afficietur. Idem profusus facere mihi videtur, neque vllō pacto laudo. Quid autem? Nōne eorum fortitudinem, propentiorēque affectum miraris, qui hæc ciuitates curare contendunt? Admiror equidem, his exceptis qui ab ipsis falluntur, putāntque reuera ciuiles se esse, quōd vulgō laudentur. Quid ais? An non istis ignoscis? Num existimas eum qui metiendi sit ignarus, si quando ceteri multatiles quadricubitum esse cum prædicent, effugeret posse, quin & ipse de se idē existimet? Non istud quidem. Ne igitur agrē ferat. Sunt enim hi quidem omnium maximē ridiculi, qui leges ferunt in his que diximus, emendantque semper, confidentes se finem aliquem reperituros circa ea que inique in commerciis committuntur, & circa illa que ego paulo antē dicebam ignorantes, se reuera tanquam hydram fecere. Certe nihil aliud faciunt. Equidem speciem hanc institutionem circa leges ac respub. arbitror verum conditorem legum, neque in malē disposita, neque in bene constituta ciuitate tractatam illa quidem quoniam inuicta sunt huiusmodi instituta, neque quicquam proficiunt: in hæc autem, quia partim quisque reperit, partim suapte natura ex superioribus studiis proficiunt. Quid præterea restat nobis de legum constitutione? Nobis quidem nihil. Apollini autem Delphico maxima, præclarissima, prima instituta. Quenam ista? Temploꝝ constitutiones & sacrificia, ceterique deorum & demonum atque heroum cultus, sepulchra præterea & funera defunctorum, & quæcūq;

sunt ad eos placidos ministeria subeunda. Talia profecto neque ipsi scimus, & in ordinanda ciuitate nulli credemus alicui si sapiemus, nulloque alio viremur interpretari, nisi patrio. (Deo.) Hic nempe deus in rebus huiusmodi, cunctis hominibus patrius interpres, in media terra super vmbilicem sedens, expostis, Scitè loquens, atque ita agendum. Constat ita ego iam, tibi, o Aristonis fili siue ciuitas. Deinceps autè & luce aliunde magna illata, per eam & ipse circumspice, & fratrem aduocatum & Polemarchum, & alios insulper, vt experiamur, siquò pacto iustitia & iustitia vbi locorū sit, videre queamus: quòque inter se discrepent, atque vtrum horum cōsequi debeat is qui beate victurus sit, siue lateat, seu non lateat deos omnes & homines. Nihil inquit Glaucō agis. Tu enim inuestigare polliciteris es, quasi impio fortū sita si non pro viribus opem tuleris iustitiæ. Vera admones, inquam ego, & ita certè agendum. Oportet tamen & vos mihi adesse. Sic agemus, inquit. Spero itaque hac ratione id inuenire. Nempe arbitror ciuitatem, si rectè nobis fuerit cōstituta, absolutè bonā existere. Necessè est. Constat vtiq; quòd sapiens est, fortis, & temperans, & iusta. Constat, quocumque horū in ciuitate competo, reliquū erit quòd non erit inueniendum. Quidnè inquit. Si ex aliis quibusdam quatuor, vnum aliquid in subiecto aliquo inueniremur, illudq; primo pateret, satis nobis esset factum, quòd sit iusta, reliqua prius competere, ex hoc ipso quaeritur cognoscere, quia constaret, nihil esse aliud quam quòd restaret. Probè loqueris. An non de istis etiam quandoquidem quatuor sunt, eodem modo querendum? Plane. At qui ex his omnibus prima in ciuitate sapientia præfulgere videtur, aliquid mirādū circa ipsam apparet. Quidnam? Sapiens mihi reuera ciuitas quam descripsimus, esse videtur. Nam cōsulita est. Nonne? Est profecto. Etenim hæc ipsa cōsulendi facultas, scientia quædam est. Non enim inscitia, sed scientia potius homines bene cōsulant. Perspicuum id quidem. Multæ vero ac varix in ciuitate scientiæ sunt. Sunt. Num propter ipsam fabrorum scientiam, sapiens & bene cōsulita ciuitas appellanda? Nullo modo propter ipsam, sed fabricis. Non ergo sapiens appellanda est ciuitas, ex eo quòd qua ratione quam optimè operari queat peragantur, bene cōsulet. Non certè. An non fortè propter scientiam, quæ anea opera fingit, vel aliam talem? Certè propter nullam huiusmodi. Neque etiam propter scientiam fructuum ex terra producendorum, sed agriculturæ pericia. Sic opinor. Quid verò? Estne aliqua scientia in ciuitate, nuper à nobis condita, apud ciues villos, qua non de re aliqua priuata in ciuitate deliberatur, sed de vniuersa potius ciuitate qua ratione & ipsa erga se ipsam & alias ciuitates optimè sese gerat? Est nimirum. Quænam hæc, & in quibus? Ipsa scilicet custodiendi diligentia, & in his principibus, quos modò custodes perfectos appellabamus. Propter hanc ergo scientiam, quo nomine ciuitatem nuncupas in cōsulando perspicacem ac reuera sapientem. Verum plures in ciuitate fabros ætarios, quàm veros hocse custodes esse putas? Multò certè plures ætarios fabros. An non & reliquorum omnium artificum, quicunque aliqui esse dicuntur, isti paucissimi erunt? Paucissimi admodum. Ergo ex minima quadam gente siue parte & ex scientia quæ in presidente & principe parte, inest, tota sapiens erit secundum naturam ciuitas instituta: atque id, vt videtur, natura

zura paucissimum rarissimumque genus, cui conuenit esse huius scientiæ particeps, quam solam ex omnibus aliis docet sapientiam appellare. Verissima narras. Hoc itaque vnum ex quatuor, nescio qua ratione inuenimus, & quid sit, & qua sit ciuitatis in parte locatum. Mihi quidem iustitiam videtur dicendum. At verò neque inueniri difficile est, quid fortitudo sit, quæ in ciuitate in parte locetur, propter quam fortis ciuitas nuncupatur. Quoniam pacto? Quinam ad aliud quicquam respiciens, ciuitatem vel timidam, vel fortem nominat, quàm ad eam partem quæ pro ipsa pugnat ac militat? Certè nullus. Neque enim alij in ipsa vel timidi, vel fortes existentes, aut certatim habent, quæ eam vel timidam vel fortem reddant. Non certè. Fortis igitur ex parte sui equitas erit, ex eo quòd in ea vim talem habeat, quæ ratam in omnibus seuat opinionem, quòd dicitur terribilia sint, & talia, quæ & qualia legislator, in institutione pronunciat. An non hanc fortitudinem vocas? Non satis quòd dixisti, percipi: dicas iterò. Cōseruationem quandam fortitudinem esse dico. Quam cōseruationem opinio videlicet lege per educationem cōcepta, qua iudicantur quæ terribilia sint, & qualia. In omnibus autem eam cōseruationem esse dixi, hoc est, vt rata semper & vbi que seruetur, sine quibus doloribus afficiatur, seu voluptatibus, aut cupiditatibus, aut timoribus, nec villo pacto quis propter hæc ab ea dimoueat. Cui autem simile esse id arbitror, si vis, tibi aperiam. Cupio equidem, Nescis quòd fullones, quoties volunt lanas purpureo colore iustificare, primo quid ex tot coloribus album eligat, deinde non mediocriter operari præparant, vt quam maximè florem suscipiant, atque ita demum tingunt. Quod autem ita est tinidū, indelebile permanet, neque sola aqua diluit, neque etiam additis his purgationibus, quæ ad abstergendum pertinent aboleri hos ille coloris potest. Quæ autè non ita præparata sunt, sed qualia euadant, seu aliis coloribus seu istis tingat aliquis, cum minus eorum excoluerit. Certè deformia sunt, colorisque eorum facile diluuntur. Tale aliquid facere studuisse nos pro viribus cogita, quando milites ipsos eligebamus, cōsq; & in musica, & gymnastica erudiebamus atq; ex illa nihil nos aliud excogitasse, quàm vt nobis quàm optimè persuasi leges instar coloris cuiusdam imbiberent; adeò vt eorum opinio de rebus terribilibus, deq; cæteris omnibus immobilis perseueret, ex eo quòd optima natura cœniti fuerint, & decenti educatione nutriti, neque tiniduram eorum delere valeant purgationes istæ ad diluendum vehementissimæ: voluptas scilicet omnichalæstræ nitro, & lixiuio ad expurgandum acrior: dolor itè, metus atq; cupiditas, omni alia purgatione ad abstergendam potentiora. Hanc vtiq; vim partem redè legitimeq; opinionis cōseruatiorem citica terribilia eorumq; contraria fortitudinem, voco equidem atq; assero, nisi tu fortè quid aliud dixeris. At ipse nihil aliud. Videres enim opinionem redam de istis absq; disciplina concepti, feriam videlicet & seruilem haudquaquam exultimare legitimum, sed aliud quiddam quam fortitudinè nūcupare. Verissima inquam, loqueris. Admitte igitur hanc fortitudinè esse. Admitte insuper & ciuem atq; ita rectè accipies. Deinceps autem de hac, si volueris alias diligenter pertractabis. In præsentia verò non istud quidem, sed iustitiam quaerebamus. Ad cuius inuestigationem satis de hac, vt arbitror, dictum.

Præla-

Præclare loqueris. Duo restat præterea in ciuitate cōsideranda, tēperantia scilicet & cuius gratia omnia indagamus, iustitia. Prorsus. An quoquomodo iustitiā ipsam reperire poterimus, ne rursus in inuestiganda tēperantia laboremus? Equidè neq; id scio, neq; vellè prius nobis iustitiā innotescere, quàm tēperantiā cōsiderauerimus. Quare si mihi gratū vis facere, prius hoc quā illud inuestigato. Volo equidè nisi sim iniurius. Inquire ita. Ecce perquiri, atq; vt hinc intueri liceat, cōsonantia & harmonia magis quā superiora similibus est. Quo pacto? Ornatus quidā est tēperantia, & à voluptatibus cupiditatibusq; quibusdā vt perhibet, abstinentia. Scipio verò superiorè esse, aliaq; nonnulla similia affirmant, nescio quo modo, ipsius esse temperantiam quā quædam vestigia. An non? Maximè omnium. Nonne quòd scipio potentius nūcupatur ridiculum quodammodo apparet? Quisquis enim scipio potentior, scipio quoq; imbecillior erit, rursusque qui imbecillior & potentior. Idè quippe aliquis in his omnibus appellatur. Quidnè? At qui videtur mihi id velle sibi hic sermo, quòd in hominis animo ma iudo quædam vnum. Vnum quidem melius, alterū verò deterius. Et quando quòd natura melius deteriori dominatur, tunc aliquis scipio potētiore dicitur, atq; hoc sermone laudatur. Quoties autem propter improbiā educationem vel cōsuetudinem aliquam quòd est melius, vnum minus ipsam sit, nec villo multitudine superat hoc opprobrio quodā vituperatur, & scipio imbecillius dicitur: & qui ita affectus est, intemperans appellatur. Sic apparet. Cōtemplare hanc nuper à nobis conditam ciuitatem, inueniesq; ipsi alterum horū inesse. Potentiorè quippe ipsam se ipsa iure vocatam fateberis. Nam si melius in ea peiori temperans dicenda est, & se ipsa melior. Contemplor equidem, ac vera loqueris. Enimvero plurimas variatq; cupiditates voluptates, dolores, in his hominibus reperire maximè quisq; poterit, mulieribus, & ministris, & eorum qui liberi esse dicuntur, in ipsis plebeis abiectisq; hominibus. Omnino quidè simplices autem & moderatas, quæ cum mente & opinione recta, ipsa rationi ratione dicitur, in paucis sanè reperies, & his quidè natis optimè, & optimè educatis. Vera hæc sunt. An non hæc in ciuitate hæc esse vides, atq; hic cupiditates vulgi viliumque personarū, superatas à cupiditatibus & prudentia paucorū modestiorūq; virorum? Cerno equidem. Si qua igitur ciuitas potentior cupiditatibus & voluptatibus, atq; item ipsa se ipsa, hæc maximè talis appellanda est. Prorsus. Itaque nonne iusta hæc omnia & temperata? Maximè. At qui si in vlla alia ciuitate tam subditis quam imperatibus eadem opinio quibus deserte potissimū imperiū debeat, inest in hac præcipue inesse oportet? An non ita censet? Magnopere istud quidem. Quibus itaque potissimum cūbus inesse temperantia dices quoties sese ita habuerint? In principibus sane, in subditis in ambobus quodammodo. Certis igitur quàm aptè vti cœniti sumus paulò antè, harmonia quidam esse similem temperantiam. Cūnam? Quia nō quædam dōd sapientia & fortitudo in partibus quibusdam existit, et ista quidè sapientem, hæc fortē esse ciuitatē, ita temperantiā quoq; sed instar harmonia quæ diapason dicitur, per totam ciuitatem diffunditur, efficiens vt in idem debiliore homines fortioresq; & medijs prudentia, potentia, multitudine, penem sit, aut alio quodā huiusmodi consonent. Quapropter rectissimè possemus temperantiā hæc

appellare cōcordiā, deterioris videlicet & potioris secundū naturā defensionem, quæ doceat, quem vel in ciuitate, vel in vnoquoque conueniat dominari. Absentior equidè. Cum ita sit, ita iam nobis in ciuitate cōperta sunt, vt ex his appareat. Reliqua vero species, propter quæ præterea virtutis particeps ciuitas esset, quaeriam erit. Constat hæc esse iustitiā. Constat plane. Nonne iam nos oportet, o Glaucō, tanquam venatores hunc celsitè circumferat, circūspiciētes ne qua ex parte iustitia subterfugiat, & ab oculis euanciscens, sese occultat? Patet enim hic esse, Fige itaque passim intuitū, atq; annitere, si quo modo possis prior me eam certare, ipsamq; mihi ostendito. Vtinam possem. Verum factus me vteris, vt tali quodam comite, qui possim demōstrata prospicere. Sequere igitur, mecum Deum antè precatus. Efficiam quod mones. Ducas modo. Arduus inquam, hic locus atque vmbrosus esse videtur, tenebrososque & imperferuabiles. Verum tamen pergenidū est. Pergendum planè. Et ego conficiatur, Hui, hui, inquam, mi Glaucō, videtur vestigia quædam eius quod querimus nacti, apparetque istud haud diu nos effugitum. Faulus certè nuncius. Enimvero, inquam, molles hebetesque fumus. Quid istud? Lampidem nobis ab ipso principio, vt beate, quod querimus, ante pedes voluit, neq; ipsum inspersimus, sed aquè ridendi fumus, vt illi qui sæpe quod in manibus habent, perquirunt. Nos quoque longè petebam? quod prope nos erat, vel forte nos latuit. Quomodo istud ais? Ita. Nempe videtur mihi dicentes istud pridem & audientes, haudquaquā animaduertisse id aliquo modo nos dicere. Prolixum sanè proxiū audire cupienti. Atquid siquid dico. Nam quod principio passim istarum sciendum, cum ciuitatem inuenimus, id est, vt arbitror, vel species quædam ipsius iustitiæ. Nam diximus temperantiam, si recorderis, vnum quodq; oportere vnum aliquod exercere eorum quæ ciuitati conducant, ad quod ipsius natura esset aptissima. Diximus & proculdubio. Etenim quod sua agere, neque in alienis curiosis occupari, iustitia est, & ex aliis multis audiui-mus, & sæpe ipsi diximus. Diximus planè. Hoc vti que videtur amice, cum sit, quodammodo iustitia esse, sua scilicet agere. Scis vnde istud cōstitam? Nequaquā, sed dicas. Videtur mihi quod reliquum nobis est in ciuitate, præter illa quæ cōsiderauimus, tēperantiā, fortitudinem, prudentiam, hoc esse quòd omnibus illis vim præbuit, qua & innascuntur, & innata perseuerant, quando ipsam adest. At qui diximus iustitiā fore quod restaret, si tria nobis cōperta essent. Necessarium id quidem. Verū tamen si iudicandum sit, quid horū potissimū cum iustitia, bonū efficiat ciuitatem, difficile erit iudicari, vtrum cōsensio imperantium & subiectorum, an legimitia opinio seruatio in militibus, iudicantis secundum legem quæ terribilia cēfenda sint, quæque non, vel in principibus ipsi prudentia & custodia. An id potius bonam ipsam præ cæteris reddat, cum inest pueris, mulieribus, seruis, liberis, artificibus, magistratibus & priuatis, quæ videlicet suum quisq; vnum vni egerit, neque alienis negotiis implicabatur. Difficile certè. Quidnè? Ergo vis ipsa, vt videtur, qua quisq; in ciuitate suas res agit, de ipsius ciuitatis virtute ex quo, cū sapientia eius, tēperantiāq; & fortitudinem cernat. Valde. An nō igitur iustitia potius, id quod cū istis, equo de ciuitatis virtute cōcertat? Omnino equidè. Considera præterea & hæc ratio, num tibi sic vis deat.

deatur. An principibus in ciuitate mandabis ut iustitiam sententiam ferant? Cur non? An iudicabunt alterius cuiusq; audi magis quam huius ipsius, ut singuli neq; vicijs aliena, neq; suis priuentur: Non alterius certe, sed illius, quasi iustum sit. Nempe. Et hac quoque ratione alienatur sui cuiq; & proprii operis possessione, actionemq; esse iustitiam. Est ita. Vide num & tibi idem quod mihi videatur. Si faber opera coriarij aggrediatur, vel coriarius fabri, vel instrumenta inter se commutet, vel premia, aut si idem vtraq; exercere contendat, omniaq; talia inter se permittentur, non in commutationem hac existimas magna quadam iactura afficeret ciuitatem? Haud certe, inquit. Quoties autem aliquis artifex, vel alius natura quatuor, diuinit elatus, vel multitudine copiaq; vel robore, aut eiusmodi alio quopiam, militaris hominis ordinem transire conatur, vel miles cui se indignus, in consulari micitur & custodis ascendere dignitatem, & in summa vicissim illi premiaq; permittant, aut id est aliquis hanc omnia simul peragere tenet, sic arbitro mutationem multarumq; reru tractationem eiusmodi videri tibi ciuitatis totius interitum. Et maxime quidem. Cum ergo tria in ciuitate sint genera, multorum tractatio, alteriusq; in alteru commutatio, & extrema ciuitatis calamitas, rectissimeque perniciet appellabitur. Est ita. Perniciem vero summam ciuitatis tuar, nonne iustitia esse dices? Quidni? Hoc igitur in iustitia est. Rursus autem sic dicimus. Quatuorq; auxiliarij, custodij generis actio propria, in quoque suum opus peragente in ciuitate, contra ac contra illa superior, & iustitia erit, & ciuitate iustam efficiet. Haud aliter quam sic se habere videtur. Nondum omnino illud debemus asserere. Veru si & in cuiusq; hominis animo species eade considerantibus nobis iustitia esse assereretur tu demum consentiemus. Nam quid aliud dixerimus: alioquin tunc aliud quiddam ex cogitabimus. Nunc autem disceptationi huic finem iam imponamus, secundum quam existimauimus, si plurius habentium iustitiam in maiori aliquo prius eadem contemplamur, facilius deinde in homine vno nos quale hoc sit inspecturos. Vbi inique nobis est maius ipsum ciuitatem existere, atq; ita quam optima potuimus eam condidimus, scientes in bona republica inesse iustitiam. Quare quod in illa nobis apparuit, referamus ad vnu: & si idem ibi constet, satis nobis erit factu. Siquid autem aliud in vno appareat, rursus ad ciuitate eborerit, hanc examinabimus: ac forte inter se comparata considerantes, & collidentes quasi silices, iustitiam excutiemus, eamq; iam cum clare micuerit, apud nos ipsos stabiliemus. Scit loqueris, atq; ita agendum. Nunquid quod idem appellamus tam maius quam minus, dissimile est quatenus idem appellatur, an simile? Simile certe. Ergo vir iustus a ciuitate iusta, quo ad iustitia specie pertinet, nihil differt, sed similitudo erit. Similis. Atqui ciuitas iusta esse tunc visa est, cum in ipsa tria hominum genera per natura cuiusque sui opus faciebant. Temperans rursus, & fortis, & sapiens, propter horu eorundem generum affectus & habitus, non autem propter alios. Vera hęc sunt. Vnu quoq; d' amice, ita censuimus habentem eade has eius in animo species propter affectus eade eade nomina merito cum ciuitate forti. Necessē est omnino. In leuēne rursus, d' mirifice, de anima cogitationem incidimus, vtrū tres in se species has habeat, necne? Minime mihi in leuē disceptationem delapsi videmur. Fortasse enim quod

dicatur verum est, d' Socrates pulchra difficulta esse. Apparet vtriq; Ac certe scito, d' Glauco, nos, ut mea fert opinio, nunquam ex discursibus huiusmodi quilibet in presentia disputatione vtimur, exacte id comprehensuros: longior porro via est, quae eod ducit. Fortasse tamē secundū ea quae supra dicta & considerata sunt pro dignitate disceatur. An rōn facti iudici videri debet: Mihi sanē in presentia id sufficit. Mihi quoque valde sufficit. Ergo nec pigreat, sed considera. Profecto nobis necesse est cōfiteri, eadē in nobis species atq; mores inesse, quas & in ciuitate. Neq; enim aliunde in ciuitate hęc deuenērūt. Rīdiculū quippe esset, si quis iracundam animositatem existimaret nequaquā ex priuatis hominibus in ciuitates inuēctā esse quorū idē est ingenium quod & Thracum Scytharum superiōrumq; gētium: aut sapiētia studium, non ex tali priuatorum instidū, qualis alicuius nostris hominibus est tributus: aut quē? au ditate nō ex ea singularium hominum cupiditate qua affecti apprimē dicuntur Phoenicij, & gyptij: nō nihil. Et maxime quidē. Hoc quidē ita se habet neq; difficile cogniti. Haud certe difficile. Id autem difficile iā, vtrum vno quod eodem singula hęc agamus, an potius tria quādā habeamus in nobis quorum singulis singula operamur: vno quidem discimus, irascimur alio, tertio concupiscimus voluntates eas quae ad nutritionem generationemq; pertinent, ceteraq; huiusmodi: vel tota anima vnum quodq; ipsorum explemus, cum cōciti re aggredimur. Hęc haud facile pro rei dignitate discernentur. Mihi quoque idem videtur. Sic autem aggredimur hęc definire, siue eadem sunt inter se, siue diuersa. Quoniam pacto? Cōstat planē idem contraria fieri seu pati, secundum idem & ad idem simul nō posse. Quāobrem si quando reperiemus in ipsis hęc fieri, intelligemus nō vnum idem hęc esse, sed plura. Est. An immoderate quod dico. Dic. Stare simal atq; moueri idem secundum idem nunquid potest? Nul lo modo. Praeterea hęc diligentius cōfirmandum est, quia procedentibus nobis ambiguitas forte subonatur. Si quis dixerit hominē statem quidem, mouētē vero manus & caput eundē statem simul atq; moueri, haud quāquā ita dicendum censuimus, sed partem quidem eius stare, partē verō moueri? An nō ita? Ita profus. Quōd si artificiosius & argutius iste laborer, asserens turbinem trochūmque totum moueri simul & stare, quādo in eodē puncto centrum aculeūmque figens, reuoluitur: vel aliud quicquā, dicēs idem agere, cum eidem affixam cardini circūferretur: nequaquā assentietur. propterea quod nō secundum eadē sui partem hęc tunc moueat & maneat. Dicendum quippe habere ipsa eadē in se atq; rotundam: & secundum rectum quidē stare, cum nulla ex parte declinet: secundum verō rotundum, in orbē moueri. Quoties autē dum quid reuoluitur, in rectū quoq; deuchitur, siue ad dextram, siue ad sinistram vel antē, vel retrō tunc nūquam ita. Rectē admodum. Quare nulla ex his obiectionibus nos perturbabit, persuadēbitque quod idem quandoque simul secundum idem atque ad idem contraria, vel agat, vel patiat. Me quidem minime ista mouebunt. Verum tamen nem istis omnibus cōtroueris persequendis ac disceptandis quae falsae sunt, diuini cogamur insistere, his iam quae concessis ab positus vterius progrediamur, sponione inter nos facta ut si quando aliter quam sic se habere hęc apparent, quaeque ex his efficiantur, irrita sint.

Sic

Sic nimirum deceat. Nōne annuere & renuere cupere aliquid accipere & reculare alicuius & reuere inter se contraria ponere, siue actiones seu passiones: Nihil enim inter se. Contraria. Quid autē hęc eorum, iure & omnino cupere velle eligere, nōne ad eorum species referes, quae modo diximus: Veluti, semper cupietis animā nōne vel propensam esse dices in illud quod appetit, vel alicuius quod sibi adesse velit, vel quatenus vult aliquid sibi porrigi, annuere & illud ad se trahere amantis more, ut illud fiat affectu. Equidem. Quid verō, nolle, aspernari, nō cupere, nōne in reiciendi repellendiq; specie & in omnia illis contraria referemus? Quidni? Cū hęc ita se habeat, specie aliqua cupiditatis esse dicemus, & harum ipsarum manifestissimas, quas sitim & famem appellamus. Dicemus vtrique. Et hanc quidem potius, illam cibilia est. Nunquid quatenus sitis est, amplius alicuius cupiditas in anima est planē. Nūquid calidē potiois, vel frigidā, vel multā, vel paucā? Vel in summa, qualis cuiusdā poculi? Vel potius si calor sitientis inest frigidū appetitū inducit: sin autem frigus, calidū? Quod si vehemens & copiosum id fuerit, multa sitis, multi audacitatem praebet: sin autem paucū, pauci. Ipsum verō sitire nunquam alicuius alterius appetitio est, quam cuius siuapte natura est, ipsius videlicet potiois, rursusque eburire, cibilia certe ipsa cupiditas quaeque, ipsius cuiusque est solum, cuius a natura est. Talis autem vel talis quum dicitur, inaccessione est. Cauendum est autem ne quis nos improvidus turbet, inferens neminem potum cupere, sed potum bonum, vel cibū, sed bonū cibū, si quidem bona omnes expetūt. Quare si sitis appetitio est, boni est, siue potiois, seu cuiusvis faceret est auditis. Similitereque de ceteris. Fortasse, inquit, nō nihil efficere videbitur, qui talia dixerit. Verum tamen quocūque eiusmodi sunt, ut alicuius sint, talia quaedam, talis cuiusdam sunt, vtrūq; trō. Ipsa autē quaeque ipsius cuiusque duntaxat. Haud intelligo equidem. Non intelligis maius ipsum eiusmodi esse, vel semper aliquo maius existat? Planē. Nōne minore. Minore. Multo autem maius, multo minore, an non? Sic est. Et quoniam maius, quondā minore, & futurū maius, futuro minore? Nihil prohibet. Atque etiā plura ad pauciora dupla ad dimidia, & omnia talia, itēque grauiora ad leuiora, & velociora ad tardiora, & calida item ad frigida, omniaque horum similia eodem modo se habēt. Certe. Nōne & de his quae ad scientias spectant, eadē ratio? Scientia quidem ipsa rei ipsius quae scitur, scientia est, vel cuiuscuq; alterius dicenda est esse scientia. At verō scientia quaedam, & scientia talis rei cuiusdam, & talis esse dicitur. Tale verō aliquid dico. Postquam ad discipulandum xdiū scientia extitit, ab aliis scientis disserata est, adeo vt edificatoria appellata sit. Quidni? Nōne ex eo quod talis sit, qualis aliarum nulla? Nempe. Ergo quia talis cuiusdam, idē talis quae dā effecta est. Eodē modo ceterae artes atq; scientiae. Est ita. Hoc itaque tum inferre me voluisse dicito, si modo nunc intellexisti quod quaeque, eiusmodi sunt, vt alicuius sint, ipsa quidem sola ipsorum sunt duntaxat, talis verō quorundam talia quaedam. Neq; verō ideo dico, quod qualis sunt, sunt & talia, quia scilicet & egrotantibus & bene valentium scientia, bene vel malē valens & ipsa sit: bonum item atq; malorum, bona rursus ac mala: sed quoniam non illius ipsius cuius scientia est, euasit, scientia imō talis cuiusdam, hoc autem est salubre &

insalubre, talis quaedam ipsa quoque, effecta est. Ex quo factum est, vt non amplius scientia simpliciter appelleretur, sed qualitate quadam addita, medicinaria scientia. Teneo iam, mihiq; hęc ita se habere videtur. Sitim verō, nōne his annumerabis, quae id quod sunt, alicuius existunt? Est autem sitis: Annumero equidem, & potiois sitim esse dico. An non qualis cuiusdam poculi, qualis quaedam sitis? Ideoque sitis ipsa, neque multi, neque pauci, neque boni, neque mali, neque, vt vno verbo cōplectar, qualis cuiusdā, sed potiois ipsius solummodo sitis ipsa natura est. Sic est omnino. Sitientis igitur anima quatenus sitis, non aliud appetit quam bibere, idque affectu, & ad ipsum fertur. Cōstat. Siquid ergo ipsam quandoque retrahit sitientē, aliud quiddā erit in ipsa, ab ea parte diuersum quae sitit, & quasi bestia quaedam ad bibendum impellit. Neque enim fieri posse diximus, vt idem aliud eadem sui parte circa idem simul agat contraria. Non certe. Quemadmodum absurdum dictu est, euidentem sagittarū manus simul arcum propellere atque adducere. Porro dicendum est, alteram esse manum quae propellit, alteram verō quae adducit. Ita proliis. Fatemur esse aliquos, qui cum sitiant, nonnunquam bibere nolunt? Multos, ac saepe. Quid de his aliquis dices? Nōne inesse in horum anima aliquid, quod ad bibendum alliciat? aliquid cōtra quod prohibet quod quidem & aliud est, & ei quod alliciat, dominatur. Mihi quidem videtur. An non igitur quod prohibet ista, ex ratione inest quoties operatur? Quae verō concitant atque trahunt, ex affectibus perturbantibusque sunt? Apparet. Merito igitur duo hęc inter se diuersa existimabimus, & illud quidem quo ratiocinatur animus, rationale ipsius denominabimus. Illud verō quo amat, eburit, & sitit, & ad alias libidines prorior labitur, irrationale, & audiat repletioem quarundam, & volupatum comes. Diuersa proferam, inquit. Meritoq; ita censuimus. Hęc itaque duo iam in anima species, in qua ego, distinctae sunt. Illud autem quod ad iram pertinet, quoue irascimur, vtrum tertium quiddam inter alterius horum cognatum? Fortasse, inquit, credo hoc equidem ex eo quod audivi quōdam: quae videlicet cum Leontius Aglaionis filius ex Pirax sub boreali muro (ad ciuitate) ascendēs sentiret extrā cadauera in sentina vrbis & cloaca publica iacentia, simul & videre cupiebat, & horrebat tamen, auerfabaturque, vultumq; tegebat, locum ipse pugnantis cupiditate denique superatur, ad cadauera intrens oculis accurrit, dicens: Ecce iam vobis licet, d' infelices, desideriu vestrū pulchro explete relictaculo. Audiui & ipse. Hic itaq; in qua sermo reitatur, irā saepe pugnare aduerfus concupiscentiā, tāquam hanc inter se diuersa sint. Id certe significat. Nōne & alibi saepe iter animaduertimus, quando vni inferit alicui praeter rationem cupiditatis, concitari ipsum, & aduersus eam sui partem quae vim inferit indignari, & quasi duobus dissentientibus ad iuric rationi irā accurrere? Cupiditatis verō conuictā, nihil ipsi renitentē, vincente ratione, non te arbitro vquam asserere, vel in te ipso, vel in alio tale quiddā deprehendisse. Nunquid per Iouem, Quid autem? inquit. Quando quis iniuriā inferre se putat, nōne quod generosior est, eo maius irascitur, dum eburit & alget, & aliud quoduis dicit patitur ab eo, quem iure hanc agere censet? Et quod iam dixi, irā istius in eum quodammodo non excitatur? Vera loquens.

loqueris. Quid autem quando iniuriam se pati quis putat, nomine tunc effertur scit & seuit, & auxiliū prestat ei quod iustum videtur, famem, frigus, & cetera talia tolerans: Et ad victoriā cōtendit, nequā generositate opere cessat prius quam vel transegerit, vel obierit, vel tanquam canis a pastore, ita deniq; reuocatus ab ea quæ in ipso est ratione mitefcatur. Omnino hæc vis ei similis est, cui tu cōparas. Etenim in nostra ciuitate auxiliarios ipsos tāquam canes posuimus, obtemperantes principibus quasi quibuldam pastoribus ciuitatis. Optimè quod dicere volebam intellexisti, sed vnum & hoc insuper animaduertis: Quid istud? Quod in præsentia contra ac supra de iracundia iudicamus. Tūc enim irascendi vim ad concupiscendum naturam referrebamus. Nunc verò multum interesse dicimus, ac multo magis iram asserimus, animæ partibus inter se dissidentibus, pro ratione arma capessere. Ita profus. Nunquid & irascendi vis est a ratione diuersa, vel quedā species rationis, adeo vt non tres in animo, sed duæ species sint rationale & concupiscens? Aut potius quemadmodum in ciuitate tria quedā genera ipsam continebant, quæ sua iura, auxiliarium, consularius, ita & in anima tria quedam vis est, nimirum iracundia, quæ natura ipsa rationis tutatur partes, nisi ex improba educatione fuerit deprauata. Necessè est vt tertia sit. Nempe etiam in illa quàm ratio apparuerit, quemadmodum supra visa est a concupiscencia differens. At verò facile id quidē parere potest. Nam in puerulis quis istud intelligat, qui statim nati iracundia pleni sunt. Rationis autem aliquid nūquam, multi serò compositi fieri mihi videntur. Per Iouem inquam, præclarè loqueris. Præterea in bestis ita esse quisque, vt ipse dicit, cōperit. Teltatur & istud, Homeri illud quod supra iudicimus. *Pellora percutiens montis assatur acerbus.* Hic enim aperte Homerus, alterum horum oburgare alterum fecit, ipsam videlicet rationem de meliori peiorique consultantem, irrationalem iracundię impetum. Rectè admodum loqueris. In his itaque vix tandem consentimus, satisq; inter nos constitit, eadem in ciuitate, eadem & in cuiusq; anima genera esse, ac numero paria. Sic certè. Quin etiam hoc necessarium est, quemadmodū & quod sapiens erat ciuitas, ita & eodem sapientem esse priuatū: Planè. Item quo fortis est priuatus aliquis, & quomodo, eodem & ita fortè esse ciuitatē & in ceteris omnibus ad virtutē vtrāq; similiter se habere. Necessè est. Atqui & iustum, o Glauco, virum dicemus eadem ratione, qua dicimus ciuitatem. Necessariū id omnino. At nondū illud obliuiscimus, quod ciuitas ex eo iusta visa est, quia cū tria in ea sint hominum genera, suum quisq; explet officium. Haud certè mihi obliuiscendum, cuius singule animæ partes quod quisque nostrū, cuius singule animæ partes quod suum est agunt, & iustus erit & sua peragens. Meminisse profus. Nōne rationali potentia conuenit imperare, cūm sapiens sit, geratque totius animæ præidentia: Irascendi verò naturæ obsequio rationi, pro quæ illa pugnat: Penitus. Nōne vt supra trauiimus, musicæ & gymnasticæ mixtio atque temperantia vt concordant ista sint, efficit: Vnū quidē horū intendens, augensq; & nutritis præclaris sermonibus & disciplinis alterū verò remittens, sedans mansueticiens per harmoniam atq; rhythmū. Maximè. Cūmq; ita nutrita hæc fuerint, & quæ sua sunt, reuera didicerint, & optimè fuerint erudita, ardori concupiscentiæ præsidebunt: quæ pars ani-

Cōp. 1.

ma: in omnibus est plurima, neq; vniquā naturā peccatis expleri potest: cauebuntq; ne corporali volupturam expletionē adauctā, grandior robustiorq; euadat nolitq; suo duntaxat officio fungi, sed libere sibi illa cōcedat, quibus imperare natura non debet, atque ita vniuersi in omnī vitam peruertat. Sic profus. Quin etiam ab externis hostibus hæc duo animam omnem, corpusque custodiunt, dum illud quidem prouidē consilii, hoc autem propugnat, obtemperatque principi, & fortitudine, quæ consulti sunt, perficit. Vera hæc sunt. Fortem profectō hæc ex parte virū quentq; vocamus quando in ipso iracundiæ vigor obferuat in medijs voluptatibus & doloribus, id quod ratio præscripsit, siue asperum id sit, siue nō sit. Probè. Sapienter verò breui illa ex parte quæ & imperat in ipso, & ista dictauit, habens in seipsa scientiam, qua dicerit quid potissimū ex vīa sit tam singulis, quàm vniuerso ex his tribus cœtui constituto. Certè. Temperantem rursus aliquem appellamus, horum ipsorum amicitia atque concordia, quādo & quod præfideret, & quod subest, in sententiam eandem conueniunt, rationem sollicit imperare debere, neq; ab illa desiscendum esse. Temperantia igitur, inquit, nihil est aliud, siue illa ciuitatis sit, siue priuati. Iustus denique ex eo atque ita erit quisque, ex quo sepe id diximus & quemadmodum exposuimus. Necessè est, inquit, profus. Quid porro inquam. Estne aliquid quod hanc nostram visque adeo sententiam interturbet, vt aliud videatur esse nobis iustitia, quàm quod in ciuitate constitit? Mihi quidem nō videtur, inquit. Sic enim inquam, omnino siquid adhuc inter nos in controuersia sit, disceptabimus ea quæ contrā dici possideantur proponentes. Qualia? Veluti si in hoc de liberare nos oportuerit de ciuitate illa, de quæ homine eodem pacto cum illa nato atque nutritio nūquam deo quum depositum auri vel argenti accepit, videatur ablatum esse, censet aliq; iudicaturam eiusmodi virum fraudem commissurū potius, quàm fecus affectos homines? Neminem profus. An non a sacrilegijs hic, furtis, proditiōnibus tam priuatim aduersus fōdales, quàm publicè aduersus rempublicam abstinere sanè. Atqui neque perfidus vel iureiurādo, vel quibuscūque commercijs. Nullo pacto. Adulteria quidem, parentum contemptus, impietas in Deos, cuiuslibet alteri potius quàm huic conueniunt. Ita profus. Nōne horum omnium causa hæc est, quia quicquid in ipso est, suum opus exequitur, siue imperando, siue pariendo. Nulla certè alia. Quid queris aliud esse iustitiam quàm hanc ipsam vim, quæ tales viros, & tales efficit abolutos? Ego quidē, inquit, minimè. Tādem nobis absolutum omnium illud est, quod nos conuicisse diximus: quod quod nos incipientes cōdere ciuitatem, Deo quodam fauente, in aliquod principium imaginemque iustitiæ ingressi videmur. Omnino quidem. Hoc autem erat, o Glauco, propter quod conferret quoddam iustitię simulacrum. Nepe debere qui natura coriarius est, atrem hanc exequi, & aliud nihil facere: atq; verò faber, fabricare. Similitèq; in ceteris. Apparet. Reuera quidem talis iustitia est, sed non circa actionem exteriorē: imò circa interiorē suarum partium actionem verè ad ipsummet animum, & ad suadum nihil permittit ex suis aliena tentare, neque sint animæ genera opera seferunt cōfundentia traclatæ: sed reuera propria re- & digerit, suiq; est dominus, sese exorant, amicus sibi ipse

sibi ipse effectus, in freta ipsa contēperans tanquā tres terminos harmoniæ, imæ, summæ, & mediæ, seu quævis alia media fuerit. Itaq; hæc omnia necesse, ipseque profus, vna effectus ex multis temperatq; compositus, ita demum agit siquid agit, vel circa pecuniam acquirēdas, vel corporis cultum, vel etiam circa ciuilia, aut priuata cōmercia, in his omnibus actionē illam iustam & præclaram existimans, & apellans, quæ habitum huic peragat atq; feruat. Sapientia verò, operationi huic prætidētē, scientiam: iniustam autem operationem, quæ hanc dissoluit: iniustitiam autem, operationis huius ducem, opinionem. Vera profus, o Socrates, loqueris. Si ergo nos inuenisse dixerimus iustum virū, & ciuitatem iustam, quidue in vtriusq; iustitia sit, haud multū, vt arbitror, mentiri videbimur. Non per Iouem. Assidendum igitur: Procul dubio. Esto itaque. Enimuerò deinceps de iniustitia considerandum videatur. Planè. Seditioem quādam horum trium iniustitiam appellare decet, curiosamq; & variam alieni operis vspurationem, & insolentem partis cuiusdam præuaricationē, aduersus totam animam rebellantem, insurgentisq; ad imperandū regio animi generi, cui feruere eam natura iubet. Talia quedam, vt arbitror, atq; horū turbationē errorēmq; in iustitia esse dicemus, & intemperantiam, ignauitā, insipientiam, & vniuersam deniq; prauitatem. Hæc profus ita se habent. Nōne satis iam perspicue patet, quid est iniusta facere & iniuria inferre, ac rursus quid agere iusta, quandoquidē iniustitia & iniustitia patent. Quoniam patet? Quia nihil à salubribus differant. Nempe vt hæc circa corpus, sic circa animum se habent & illa. Quæ ratione? Salubritas quidē sanitate inducunt, insalubritas morbum. Planè. Similiter quoq; iusta agere, iustitia gignit in animo: iniusta facere, iniustitiam. Necessè est. Est autem iniustitia inferre ita quæ in corpore vniū disponere, vt secundum naturæ ipsius ordinem inter se superentur & superent. Morbum autem cōtra naturam imperare aliud aliq; parere. Est ita. Eadem ratione iustitiam prætere suam quæ, nihil est aliud q̄ animi partes in ordinem suum digerere, vt ad naturam normam parent atq; imperent. Iniustitia verò, vt contra naturam aliud aliq; imperet atque pareat. Profus. Virtus igitur, vt apparet, sanitas quedam est, & pulchritudo, & bona animi constitutio. Priuatis contra, morbus, turpido, & imbecillitas. Est vt dicis. Nōne igitur exercitationes honestæ ad virtutem acquirendam conducunt, turpes ad prauitatem? Necessè est. Restat vt videtur, discutendum, nunquid possit agere iusta, honesta colere, esse iustum, siue occultum id sit, siue non: An iniuria inferre & iniuriū esse, si modo non det penas, neq; fiat castigatio melior? Mihi quidē, o Socrates, ridicula disceptatio ista fore videtur. Siquidem corporis natura corrupta, videtur non esse viuendum, neque tam in summa epulorū & poculorum omnium affluentia, cunctisq; diuitijs, & totius orbis imperio. Natura verò eius quo viuimus perturbata atq; corrupta, num viuendum erit, si quis quodcumq; libet, aliud agat quàm hōe vni, vnde ab improbitate iniquitateq; liberetur, iustitiam verò & probitatem adspiciatur, postquā talia hæc vtraque qualia narramus, apparuerunt? Sic iustitia profectō, inquam. Verum posteaquam eō deuenimus, vt q̄ apertissime fieri potest, quod hæc ita se habet, pericipiamus, minimè legnes esse nos oportet. Per

Iouem minimè omnium. Age igitur, inquam ego, hæc accedet, vt videas quod species virium habet, vt mihi videtur. Attende nūc. Nempe hæc digna spectanda. Sequor equidem, dicit modo. Atqui tāquam & specula, postquā hæc ratiocinando ascēdendum, vna mihi species virtutis occurrat, prauitatis innumeræ. Ex quibus quatuor quodam sunt quorū meminit oportet. Quomodo istud as? Quot sanè rerum pub. modi sunt species suas habentes, totidem esse & animæ ipsius apparēt. Quot? Quinque rerum pub. quinque rursus & animæ. Dic qui nam. Vnum aliquem reipub. modum esse hunc assero, quem exposuimus. Duabus verò appellationibus nominari potest. Nam si inter principes ciuitatis vnus quidam sit optimus præstantissimus, regnum vocabitur. Sin autem plures, gubernatio optima-tum. Vera narras. Hanc vnam ideo speciem esse dico, quia vnus plures gubernet, vnus vnus, nullus quita, vt diximus, educatus & eruditus fuerit, memorabiles ciuitatis leges permutabit. Neque enim consensaneum esset, inquit.

DIALOGVS QVIN- TVS DE IVSTO.

MARSILII FICINI ARGVMENTVM.

Non sum nescius fore nonnullos qui Apologiam à nobis expectent, quia quoniam hunc dialogum communiuenerunt omnium in ciuitate potentem, defendamus contra calumniam, tam male dicimus, immo etiam ignominiam. Verum legunt Platonem ipsum, procer, legunt diligenter, ac sine inuidia iudicent, Apologiam (sicut quid loquar) nullam desiderabunt. Plato igitur Platonem humani generis medicus, quom animaduertit & singulos homines & familias & ciuitates semper & vbiq; graniter aggrauare, neq; viliu balteum ciuiliū medicorum medicamentis tot secula iam pressa curantium, vel liberari morbo, vel saltem leuari passim, at que minimè constare scire, vt prædenter quàm sit ad legem illam se cantillu p recipiam apud medicos, quæ medicis faciunt, autem, si quæ medicamentis talibus, parat frigidis diu adhibitis minimè cōualefcit, esse tandem ritē ad calidā transfundā. Cognoscens ergo quæque humani per leges distri-butes propria tot secula nihil proficere, imò verò in deterius quotidie labi, non iniuria ad amicitia se transfudit leges, communia inter amicos omnia fore iubētes, vt diuisione diuisiōnisq; miseris, sublata causa, concordia, vniōnem, felicitatē consequeremur. Sed aliter rursus exordiamur. Socrates in principio quartæ disciplinæ educandæ inuenit vniū cunctis legibus anni exponens, vāptim attingit, videri optimā disciplinam fore q̄ vxorū, filiorum, rerum commūo fiat. At quoniam res est & noua quàm quini- & plurimis inauditis, reuocatur ad eā statim in principio quartæ declarandam aperitur, & firmius coprobādum. Item verū q̄ si à Critia & Timæo didicerit disciplinam similem existit quædam apud Græcos. Argyptraique Athenas, neq; nimium admittat videri tanquam nonum neque dissidentē adies tanquam penitus arduam, neque iniustus admittet quasi non bonam. Mihi quod nulli tradat, apud Boemos Placem vrbem aliquando similiter gubernatam. Atqui Diodes in insulam in Octavo meridiam versus describit, in qua præter cetera communitas, etia sunt vxores, vtrique philosophas plurimum oblongatq; in duos. Pō ponit quoque Metastellia est, Caramanensis in extremis, a Phrygiæ partibus communia habere in republica omnia. Similem præterea honorum fuisse communitatem inter philosophos Brachmanas, Gymnosophistas, Effios, Pythagoricos, & denique inter sâctos quondā Christiana reipubliæ fundatos, semper habemus. Videmus quoque seculis nostris illos duntaxat religiofos ad virtutē felicitatēque accedere, inter quos nihil est proprium. At enim si vxorū in communitate inuēbat, primo quidem permissito apud Platonem ritē ex lege fieri, quod apud adulteros sacros doctos in commūo sit sacrilegij. Deinde Platonem ipsam audito prius quàm iudices, altius in sua causa declamantem. In sequentibus nota primo quidē Socraticam proniditiam, penius esse censeri in legibus constitutis errare, quàm hominū interficere. Eiusmodi namque error multos per multa secula interficit

L animos